IN duplice differentia circumstantia sumitur; vna triebens speciem actui, altera augens illius bonitatem, aut malitiam; prima etiam accipitur dupliciter, uno modo prout tribuit primam speciem actui, & sic se habet ut differentia essentialis in esse obiecti; altero modo animaduertitur, non prout tribuit primam speciem, sed secundam, & sic accepta est circumstantia comparatione primæ speciei; at respectus speciei, quam tribuit, non se habet ut circumstantia, sed ut obiecti essentialis conditio. Vo-

luntatem esse principium morale formaliter adstruimus: vnde si voluntas comparetur ad actum bonum præcisè, hoc est, secundum, quod est productus actus boni moraliter cogniti ut talis, est bona moraliter; si vero comparatio fiat ad actum malum: malam moraliter est. Sicut est impossibilis actus habens bonitatem ex obiecto, malitiam vero ex fine, ita & actus gaudens bonitate ex fine, & malitia ex obiecto non est dubius; quo non obstante tunc, opus bonum ex obiecto electum propter finem extrinsecum bonum habere duplicitem bonitatem, alteram ex fine, quam nullus hucusque negavit, alteram ex obiecto, quam aliqui non admittunt.

♦♦ TERTIA CONCLUSIO. ♦♦

SVBSTANTIALIS prima, & principalis malitia, sebonitas externi actus ex illius obiecto defumitur, electionisque præcipua bonitas, & malitia à fine luscipitur, minus præcipua ab obiecto. Actus in specie indifferentes, nec boni, nec mali dantur secundum obiecta, sed hec indifferentia moralitatis species tercia non est, in supernaturalibus actibus indifferentia secundum species nequit dari. Per se loquendo non est dubius actus humanus indifferentis in individuo, bene tamen actus liber indifferentis per accidens. Non solum aliquae variatione numerica, verum etiam sine mutatione reali intrinseca in natura eumdem numero actum posse mutari de bono in malum, & de malo in bonum posse transire habemus tamquam certum. Boni finis intentio a prava electione non repugnat vitiari; adstruimus itaque bonitatis, & malitiae quantitatē, quam electio tenet ex obiecto, non attendi ex bonitatis, & malitiae intentionis quantitate; malitiae electionis quantitas defumpta à fine extrinseco quantitatē malitiae interioris correspondet.

(***)

QVAR-

♦♦ QUARTA CONCLUSIO. ♦♦

CONTRARIA ex Arisforele s. metaphysicæ, cap. 10. Sunt, que sub eadem genere maximè distant, & ob eodem subiecto mutuo se expellunt; ex indeque astigeramus vitium opponi virtuti acquisitæ op positione contraria. Vitia contra supernaturalia directe, & per se opponuntur virtutibus infusis, quanvis vitia contra naturalia tali oppositione non possint gaudere. Tamquam certissimum defensamus esse in homine naturalem propensionem ad virtutes, & vitium, aut peccatum esse contra huiusmodi inclinationem. Appetitus elicitus circa virtutes est naturalis, & necessarius, non solum quoad exercitium, quod est extra controversiam, verum etiam quoad specificationem, quod inter Theologos in dubium veritur, & sic vitia in isto sensu sunt contra naturam, seu contra appetitum elicitem naturæ. Appetitus sensitius inclinat ad malum materialiter suum primum, seu ad peccatum acceptum pro materiali, etiam si non inclinet naturaliter ad malum rationis, ut malum formaliter est.

♦♦ QUINTA CONCLUSIO. ♦♦

PECCATVM iuxta Parentem nostrum August. est dilectum, factum, vel concupitum contra legem Dei aternam. Aliud est omissionis, commissiois alterum; primum est omittere id, quod lex precepit, secundum vero committere, seu efficere id, quod prohibitum est aliqua lege; primum contra præceptum affirmatiuum, secundum contra negatiuum præceptum versatur. Licet de facto, & moraliter loquendo non detur pura omissionis culpabilis, possibilis est pura omissionis culpabilis, & peccaminosa ex natura rei abique vel profus actu, qui concurrat ut causa illius; quamvis enim actus, qui ex causa omissionis, sit moraliter malus, ille tamen, qui non induit rationem cause omissionis, sed fe ha-

habet concomittanter, siue sit de se incompossibilis, siue non cum obseruantia precepti, nequit vitiare ex omissione culpabilis. Actus, qui est causa omissionis culpabilis, est malus eadem malitia, tam numero, quam specie, ac est ipsa omnisatio culpabilis, ratiiter, quod ex malitia actus causantis omissionem, & ex omissionis malitia coafletur unicum peccatum.

♦♦ SEXTA CONCLVSO. ♦♦

PECCATA alia sunt prohibita, quia mala, alia mala, quia prohibita, & tam ad illa, quam ad illa requiritur lex, taliter, quod sit de intrinsecatione peccati esse contra legem, que quidem lex tantum necessaria est, ut sifdiceret, non existaret peccatum, ut constat ex illo Pauli ad Romanos 4. *Vbi enim non est lex, nec praevaricatio.* Malitia formalis peccati commissiōnis non est relatio dissonantia, aut difformitatis cum natura rationali; neque est aliquod priuatum, & possituum, siue utrumque concipias in recto, siue unum in recto, & alterum in obliquo; neque est priuatio restitudinis debitae actui, neque aliquid aliud, quam ipsa substantia actus liberti cum connotatione debiti carenti talia facta, & cum hoc coniunctum sit quid possituum, afferimus consistere formaliter in possituo. Duo dicit peccatum, unum de materiali, alterum de formali, quod dicit de materiali est entitas ipsius actus peccaminosi, de formali vero malitiam moralem; & licet Deus immideate concurrat ad materiale, non tamen prædeterminat voluntatem creatam, & sic nullo modo est causa peccati.



♦ (****) ♦

SEP.

SEPTIMA CONCLUSIO.

PECCATVM primi Parentis in posteros transfun-
di usque ad eum certum fuit , & fidelis similitate sta-
bilitu, ut nullus haereticus, aut schismaticus id ne-
gauerit , constatque ex illo Pauli ad Romanos 5.
*Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit , & per
peccatum mors , & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo
omnes peccaverunt. Hoc quidem peccatum originale est
verè , & propriè peccatum , & culpa , consequenterque
defectus voluntarius ipsi Adæ , & posteris eius, non secun-
dum se consideratis , & quatenus tales personæ sunt , sed
in quantuni sunt membra , & quasi partes vnius naturæ ex
illis constitutæ. Institutione diuina factum fuit, ut volun-
tas Adæ esset voluntas totius naturæ quoad effectum ac-
quirendi , vel amittendi iustitiam ; & licet certum sit in-
teruenisse acceptationem ex parte Adæ de acceptanda ius-
titia pro se , & posteris , non tamen fuit necessaria talis ac-
ceptatio , ut defectus iustitiae in posteris esset voluntarius.
Si Adamus non comedisset fructum arboris vitæ , sed aliud
præceptum violasset , non transfundetur peccatum in
posteris, sicut si sola Heva peccaret.*


OCTAVA CONCLUSIO.

PECCATVM originale non est peccatum actualē.
Adæ à quo ipse , & posteri eius denominantur pec-
catores , & sicut tale peccatum in posteris non est ali-
quid per modum actus , sed per modum habitus ;
neque eius essentia est aliqua forma , per quam posteri Adæ
amittunt similitus inenim Dei , & acquirunt Dæmonis si-
militudineni , in quo aliquis errauit ; nec aliqua concupis-
centia , ut est heresis aliorum ; nec aliqua morbida qualitas
in anima existens , ut alij insipient tenueantur ; neque rea-
tus ad poenam ; neque priuatio omnium donorum , que cō-
sequuntur priuationem gratiarum ; neque priuatio iuris ad hæc
om.

omnia dona; neque priuatio conformitatis habitualis ad legem; neque aliquid aliud quam priuatio gratiae sanctificantis ut sanctificans est. Causa efficiens peccati originalis est peccatum primi Parentis non physica, sed moralis. Generatio non aliter concurrit ad peccatum originale, quam producendo subiectum, in quo peccatum actuale Ad: necessitatem influit peccatum originale, nisi impediatur a Deo. Subiectum talis peccati est sola conscientia animæ.

(* * * * *)

Propugnabantur in Almo S. P. N. Augustini Granatensi
Cœnobii pro Comitijs Promiscuibus à Fr. Ludouico de
Molins, sub praesidio P. M. Fr. Francisci Sylvestre,
eiusdem Conventus Prioris. Die 5. mensis Maij. Anno
Dominii 1667.



VERO VIRTUTVM VIRO,

NATVRÆ DOTVM

SPLENDORIBVS CORVSCANTI FIRMA-
mento, iure legum, & iuris lege eminenti fixa constantia
Soli, litterarum præfidi munito, scientiarum mu-
nitissimo præsidio;

OPTIMARVM ARTIVM PRAECLARA ERVDI-
tione sunimè præmiaenti apici, prudentiæ speculo, hu-
manitatis epilogo; utriusque iuris abstrusiora arcana
mira in lucem dexteritate pandenti.

SOLE IPSO PVRIORIS SANGVINIS CLARITA-
te condecorato Heroi, cuius genus à proavis ingens, exi-
miunque paternæ nomen virtutis, melioris panegy-
ris pangidebebat encomijs:

D.D.PETRO DE VLLOA GOLFIN PORTOCARRERO,

MERITISSIME OLIM APVD CONCHENSE
Salmanticę maius celeberrimum Collegium perillustri to-
ga insignito; cuius mirum ingenium in culmine honoris fecit
Decreti primariæ Cathedræ in Salmanticensi Academia,
sicut lux super candelabrum, possit unum splendidissimos
eloquentiæ radios emisiit;

POSTEA VERO IN FORO REGIO H' SPALENSI
rectissimi iudicis munus obtulit; in præfatarum denique
omnium plausu in Regali Senatorum Coetu Granateni
Regius item, optimusque acclamatatur iudex:

HVIC ERGO INCLYTO MECOENATI
Boetica Augustiniana Familia pro Comitijs Prouincialibus
religata has Theologicæ disciplinæ conclusiones in ali-
quale gratitudinis pignus D.S.C.

12 10 00 11.345

12 10 00 11.345
12 10 00 11.345
12 10 00 11.345

12 10 00 11.345
12 10 00 11.345
12 10 00 11.345

12 10 00 11.345
12 10 00 11.345
12 10 00 11.345

12 10 00 11.345
12 10 00 11.345
12 10 00 11.345

12 10 00 11.345
12 10 00 11.345
12 10 00 11.345

12 10 00 11.345
12 10 00 11.345
12 10 00 11.345

12 10 00 11.345
12 10 00 11.345
12 10 00 11.345

12 10 00 11.345
12 10 00 11.345
12 10 00 11.345

12 10 00 11.345
12 10 00 11.345
12 10 00 11.345

PRIMA CONCLUSIO.

RATIA tam apud sacros, quā prophanos Au-
thores soler multipliciter accipi; tūm prode-
core, aut pulchritudine, iuxta Psalm. 44. Di-
fusse est gratia in lobis suis : tūm pro gratitudi-
ne, que specialis est virtus, & pars iustitiae: tū
probencio gratis collato, sic P. N. Aug. ad
Innocent. ep. 93. Si autē gratia, utique nullis meritis debita, sed
gratuita bonitate donata. Ita ultimo accepta vltius pro per-
fectionibus naturalibus, quas de manu Dei accepimus, in-
telligitur, inter quas cōcurris iācluditur generalis; denique
pro actuali auxilio à Deo homiaibus collato usurpat ad
opera, que eorum potentiam, & actiuitatē excedunt. Hu-
iūmodi ergo doni, aut indebiti cōcursus iuuamine indiget
homo secundum diuersos status, in quibus vel est, vel consi-
derari valet. Primus igitur status fuit originalis iustitiae, in
quo homo cōditus fuit omnino ignarus perturbationis pas-
sionum, ornatus gratia, cācerisque donis concomitatis illam: secundus est naturae lapsa in peccatum cū pugna pas-
sionū, & riotuum inordinatorum, in quo omnes nascimur filii iræ: tertius est hominis per gratiam h. b. i. ualemē repara-
ti: quartus est naturae integræ: quiatus tandem natura puræ;
in horū neutrō fuit homo, poruit tamē esse, in primo vigo-
rem rationis sive tamē iustitiae originali habere, in secundo,
neque esset amicus, neque inimicus Dei, sed solis bonis na-
turalibus præpoliter. His statibus addendus est confirmatio-
rum in gratia, non verò confirmatorum in bono.

SECUNDA CONCLUSIO.

VT autem intelligatur quid ad unumquemque ho-
rum statum spectet, cōsiderare opus est, quod ho-
mo, sicut dupli natura cōstat, scilicet sensitua,
& rationali, ita se dupli inclinatione, ad bonum
nempē sensibile, aut delectabile, & ad bonum honestū, ac

secundum rationem; vnde nisi homo habeat aliquid gratię superadditum naturę inter has duas inclinations, neutiqua pax, sed bellum inuenietur; est igitur necessariū aliquid naturę superueniens ad hoc ut ratio, aut mens subiecta sit Deo, & vires inferiores menti, & rationi parcat. Status ergo originalis iustitiae, & integræ naturæ inter se le conuenient in hac virtutum inferiorum subiectione rationi, & huius Deo; differunt vero, quia originalem iustitiam non solum rectitudinē naturalis, verū & supernaturalis consequitur, atverò status naturę integrę tantummodo naturali potiretur rectitudine; præterea in statu originalis iustitiae corpus est subditum animæ, itaque est homo in illo statu immortalis, & nullus malus capax, vt loquitur P. Aug. lib. 14. de Cuius. Dei, c. 1. quod statu naturę integre nullatenus conueniret. In alijs statibus rebellio est sensualitatis in rationem, diuersimodè tamen, nam in statu gratiae sanantis, etiā si vires inferiores non sint subditæ superioribus, ratio tamē subiicitur Deo per gratiam, rebellio autem ad agoneam, & meritum relinquitur, sed in natura lapsa, & in puris naturalibus, neque mens Deo, neque vires inferiores superioribus obediunt. Tadē homo in natura lapsa, & in puris naturalibus differt, quia in puris naturalibus huiusmodi carentia subiectonis negatio est, sed in natura lapsa priuatio.

TER TIA CONCLVSION.

VAM VIS propter peccatum: Ad eū ipsis est homo ab illo fœlicissimo statu iustitiae originalis, nō tamē eius intellectus lunam naturale māsit extintum, ita ut impossibilis sibi cognitio de quo cumque obiecto naturę proportionato maneret. Vnde in quo-cūque assigniorum statupotes certa, euidente inquit notitia asequebitur omniā verō naturali, nō solum speculatio, sed practico, tam diuisiuē, quam collectiū accepto, quin gratia specialis auxiliū ad hoc persindigat, & si quē requiritur, nō est noua illustratio, sed tantum impedimentorum amo-

amotio; ut vero verum attingat probabiliter, gratia per se requiri defensamus. Voluntas etiā infirma ad opera tamen aliqua bona valet: itaque infidelis homo nullam Dei notitiam habens aliquid opus bonū ~~propterea~~ sine speciali auxilio potest efficere; & licet homo sine gratia possit leue vicere tentationem, graui tamen resistere, vchementemque superare, etiam si ratio vigilet, de facto, & inactu exercito absque gratia nequit. Similiter vix a propriae humanæ naturæ nullo pasto sufficiunt ad totam legem naturalem. Tertuā, tē ad hoc omnino gratia requisitur, sicut & ut homo in statu naturæ corruptæ præcepta legis naturalis immortali obligantia seruet, specialis gratia iuuamen petat, omniaque peccata mortalia vitare, siue brevi, siue longo occurrant tempore, sublata omni extrinseca difficultate, sine gratia non potest.

QVARTA CONCLVSIO.

DARI gratiam, quæ sit permanēs quædam, & vera animæ munditia, tunisatio, tū fidei roborat certudo; hæc autē supernaturalium excellens forma spirituale est: accidentis in essentia animæ immediate residēs, habitualis qualitas à quo quis alio habitu in fuso realiter dilituēta, vnde & à charitate secesserit, à qua ob connaturale vinculum existit inseparabilis, licet de potentia absoluta mutua ipsi separabilitas non repugnet. Huius habitualis gratia, seu iustificationis nostræ Trium gloriarum Deli, & Christi finalem causam assignat; materialē item, scis subiectuam agnoscit, essentiam neceps animæ, ex cuius obedientiali potentia educitur: vnde efficiens causa, & principalis ipsius solus est Deus, cui totum subditur potestia obedientialis crearerē tam de lege, quam de potentia absoluta. Formalis causa: iustificationis nostræ nulla est assignabilis nisi gratia. Causa denique gratie huiusmodi meritoria solus est Christus; ex cuius nativitatibus gratia, gloria, cæteraque dona supernaturalia Angelis, nec non ho-

minibus sicut collata; immo, & prima gratia primò parenti eiudem meritum est insula.

◆◆◆ QUINTA CONCLUSIO. ◆◆◆

IN iustificatione imperii verè remissio peccatorum interuenientiā in ea, quæ de facto datur, omnia lethalia peccata polluntur, ita ut nullum coram quoad culpam maneat, ac proinde non solita teguntur, seu nō hupantur, sed proutus destruuntur. Tanta gaudet perfectione hec supererat aralis forma, vt de lege furies sit absque novo favore hominem filium Dei adoptium constitueret: immo & ipsa gratia infusionis est peccatorū remissio, habitualis namque iustificans forma ex natura sua peccati expulsionem petit, quin ad huiusmodi praestandum est. Cum extrinseca condonatione, aliove D. voluntatis indigat actu distinto à voluntate infundendi gratiam. Gratia, & peccatum graue non solum physique, sed & moraliter opponuntur; ideoque co-naturaliter, neque per aliquod breue temporis instans simul coexistere possunt; In. mō per se ipsam gratia peccatum adeo constanter, vel fugat, vel ab eo fugit, vt nec dignitus coniungi valent.

◆◆◆ SEXTA CONCLUSIO. ◆◆◆

AD quamcumque dispositionem licet remota gratia nō valer homo vitibus naturę frētus; quin gratia inaltatur baculo, sc. disponere. Eadem inter dispositiones ad nostram iustificationem primis numeramus; prēter fidem item spem ad dispositio-nis munus admittimus, quam non solum utilem, vt de timore sentimus, sed necessariam fatemur. Contritio, aut dilectio Dei superomnis eterna dispositio est ad gratiam, & ab ipso prouocat efficienter, licet ipsam in linea dispositio-nis ante ecat. Ita sphaera dispositio-nis non prætergreditur, vt nec de factu sit iustificans forma, nec ad hunc effectū.

Dei

Dei potentia absoluta valeat euchi. Motus liberi arbitrij in peccatum, quo derelictus super omnia mala, & in Deum, quo diligatur duxerit omnia bona tanquam dispositiones ad iustificationem, putamus requiri.

SEPTIMA CONCLVSIÖ.

QVAMQVAM habitualis gracia, seu iustitia nobis inheres a deo perfecta sanctitas sit, quod ad ipsius presentiam de facto lues peccati quaeviscat, & fugiat, querit tamē nō incepto soleret, a Dei inspecta absoluta potentia peccatumque remitti mera Dei extrinseca condonatione sine infusione gratiae? Cui difficultati respondendum censemus, posse hominem elevatum ad finem supernaturalem emundari a peccatis orde per extrinsecam condonationem ipsius, sine eo quod animam gratiae lanciflicantis amicorum vellet, & licet liberi arbitrij motus ad iustificationem de facto (ut iniquimus) requiratur, potest tamē Deus sine quo quis motu hominem à peccato liberare: vnde tandem potest peccator homo sine physica mutatione a peccato eripi, quamuis demus habituale peccatum in gratiae consilere priuatione. Licet de lege unum peccatum nequeat sine alio remitti, tamen valet ut possibiliter vnde ex origine sine actualibus, & unum auctuale sine altero tolli posse per extrinsecam condonationem nō ambigimus. Impleti iustificatio prout præcise gratiae infusione, & peccati expulsionem dicit, est instantanea, nō autem prout dispositiones præexistit, quæ successivè ponuntur. Denique impleti iustificatio, quæ sit iuxta cōsummum cursum gratiae, intraculosa non est, quamvis sit maximum opus Dei.

OCTAVA CONCLVSIÖ.

INTER effectus gratiae meritum apud Deum numeramus, quod quidem datum hominibus est tecum, & quamvis hominis ad Deum non sit perfectum meritum,

rum, facta tamen suppositione gratiae, qua Deus illi conferat dignitatem, & ius ad vitam eternam, hanc potest apud ipsum mereri. Meritum ergo est opus bonum, cui debet meritis. Aliud de condigno, & aliud de congruo communiter appellatur, primuni vere meriti rationem participat, secundum vero si dicuntur, quia eius intuitu datur aliquid ex qualitate decentia, & congruentia, non quia id quod datur tantum meritis, aut corona debetur. Unde inter meritum de condigno, & premitum quodammodo equalitas, seu proportio reperitur, quod merito de congruo deficit. Ad completem rationem meriti in actu secundo requiriatur promissio, paternum, aut acceptatio ex parte Dei etiam in coaditio necessaria, meritum autem in actu primo, quod est dignitas, & valet operura, nullo modo ex ipsa Dei promissione prouenire itaque opera iustorum his conditionibus exornata contingit vita eterna inservient. Actus ad meritam non necessarium exigitur, quare puram omissionem actus prohibiti vice eternae de condigno meritoriani non negamus. Actus costrictionis non est meritorius de condigno primae gratiae sanctificantis; augmentum tamen huius sub merito nostrorum operum cadit; sub in erito autem de congruo potest cadere prima sanctificans gratia, dummodo opera elicita a filiis merendam a gratia, seu ab aliis, qui sunt auctoritate procedant.

(*)
Propagrabuntur in Almo S. P. N. Augustini Granatensi
Caenobio pro Comitijs Provinciatis à Fr. Didato de
Roxas, sub presidio P. M. F. Bartholomaei de Flores
Prioris Gadiceensis. Die 6. mensis Maij. Anno 1667.

INTER CONSPICVOS
SANGVINIS NOBILITATE

HEROES CONDECORATO VIRO , QVEM EX
præclarissima stirpe, non laudata satis , satum feliciter , in-
calescenti tubæ afflato in vniuersum fama diffundit ; cu. us
Maiorum gestorum illustrium splendores nulla ob-
tenebrabit posteritas.

OPTIMI IVDICIS EXEMPLARI MIRIFICO ,
vnam semper æquitatem spectanti , rationis consonæ tru-
tinam in ferenda sententia ducem sequenti , iustiriq; solium
ingenti pietatis , humanitatisque prudentia mira
exortanti , maiestate :

D. D. FRANCISCO
MONZON.

APVD INCLYTVM , PER VETVSTVM , TOTO
que terrarum Orbe celeberrimum Collegium Maius S. Il-
dephoensi Complutense meritissimè olim Toga condeco-
rato ; cuius ingenij præstantiam litterarum copijs refertam
Academia intuens, ad primariae Cathedræ fastigium ob-
tinendum, illustransq; unque prouexit;

REG'ALIS INDE COETVS IVDICVM HISPA-
lensis eum virginem vigilantem admirans, agnouit ; ac deni-
que in Regio Granateni Foro præclarissimum Senarem ,
iudicem Regalem integrum , plenissimum
cuncti fatentur:

HVIC ERGO TANTO VIRO PROVINCIA
Augustini Solis ad maiorem sui celebritatem Capituli, tan-
quam Mecœnati suo colendissimo, vt multis beneficijs gra-
tias, et si nō quas debet, quas potest, referat; afflita hęc Theo-
logica obsequentiissima D. libens C. grata, venerabunda-
que O. & obtulisse gloriabitur.

G

PRI.

THEIR CONVERSATION

SANGARINE NOBILITY

THE ROSE & CROCUS OPEN
THEIR FLOWERS IN THE SPRING.
THEY ARE OF A VIVID RED COLOR,
AND ARE OF A SWEET AND FRAGRANT
AROMA.

THEY ARE OF A VIVID RED COLOR,
AND ARE OF A SWEET AND FRAGRANT
AROMA.

THEY ARE OF A VIVID RED COLOR,
AND ARE OF A SWEET AND FRAGRANT
AROMA.

THEY ARE OF A VIVID RED COLOR,
AND ARE OF A SWEET AND FRAGRANT
AROMA.

THEY ARE OF A VIVID RED COLOR,
AND ARE OF A SWEET AND FRAGRANT
AROMA.

THEY ARE OF A VIVID RED COLOR,
AND ARE OF A SWEET AND FRAGRANT
AROMA.

THEY ARE OF A VIVID RED COLOR,
AND ARE OF A SWEET AND FRAGRANT
AROMA.

THEY ARE OF A VIVID RED COLOR,
AND ARE OF A SWEET AND FRAGRANT
AROMA.

THEY ARE OF A VIVID RED COLOR,
AND ARE OF A SWEET AND FRAGRANT
AROMA.

THEY ARE OF A VIVID RED COLOR,
AND ARE OF A SWEET AND FRAGRANT
AROMA.

THEY ARE OF A VIVID RED COLOR,
AND ARE OF A SWEET AND FRAGRANT
AROMA.

THEY ARE OF A VIVID RED COLOR,
AND ARE OF A SWEET AND FRAGRANT
AROMA.

THEY ARE OF A VIVID RED COLOR,
AND ARE OF A SWEET AND FRAGRANT
AROMA.

THEY ARE OF A VIVID RED COLOR,
AND ARE OF A SWEET AND FRAGRANT
AROMA.

PRIMA CONCLUSIO.

IDES, vniuersaliter accepia, & assensus presi-
tus ob auctoritatem diem dicitur: quod si dicentis au-
thoritas sit humana, fides humana dicitur,
si vero authoritas sit diuina, diuina etiam
nuncupatur fides. Huius fidei diuina, seu
Christianæ existentia recte comprobatur tu-
ex eo, quod nunc certò maneat Fides, Spes, & Charitas,
tum ex eiusdem fidei necessitate; est enim opinio necel-
faria ad salutem animæ, ut pote totius ædificij Christiani,
seu spiritualis vasis fundamentum, initium, seu radix. Est ve-
rè virtus Theologica, quia diuinum contemplatur obiec-
tum. Eius autem asperius supernaturalis est, & obscurius; cre-
dimus enim prout opportet ad salutem, & sic non asperius
naturali, sed omnimodo supernaturali. Deinde creditus,
non quia scimus, aut videmus; sed quia nobis Deus obscurè
loquitur, ideoque non asperius claro, sed valde obscuro; prop-
ter quod in eius obsequium nostrum captiuamus intellectum,
egemusque ad ipsum prestantum pia affectione super-
naturali voluntatis, à qua intellectus ethicaciter mouetur,
ac imperetur, ut tale fidei asperius sine formidine eliciat.

SECVNDA CONCLUSIO.

HVVS nostræ Christianæ fidei obiectum, aliud est
formale, materiale aliud. Hoc, non solum est ip-
se Deus, verum etiam omne quodcumque crea-
ibile; illud autem ex dupli confatur partiali
etaque, ac in recto ingrediente, ex Uci, scilicet, veracitate,
& ex ipsius reuelatione. Veracitas Diuina triplex est. Prima
est in essendo; & est formaliter ipse metus verus Deus, & haec
non est formale obiectum fidei. Secunda est in cognoscen-
do, & est, qua Deus non potest falli. Tertia tandem est in di-
cendo, & est, qua nobis fallere non potest. Ex his duabus
constituitur Diuina authoritas, & confatur partiale obiec-
tum

tum formale, quod, ex hac parte consideratum, est natura-
liter, & euidenter cognoscibile. Reuelatio autem diuina,
alia est creatura, in creatura; haec est, qua Deus beatis loqui-
tur, & et ipsam est essentia diuina; illa est, qua nobis homi-
nibus loquitur; & haec tantum est obiectum formale fidei,
qua quidem properer eius obscuritatem, obscure a nobis
percipitur. Ex quibus liquido constat, obiectum ad quantum
formale nostrę fidei immediatum, ac primařum in
intentione, & ultimum in resolutione, esse in creatura Dei
tam in cognoscendo, quam in dicendo veritatem clare
cognitam, & eius creaturam reuelationem obscure intellec-
tam.

TERTIA CONCLVSION

CVM diuina reuelatio sit omnino obscura, eget
aliquo principio, quo nobis manifestetur; illud
autem est propositio humana Ecclesie, qua pro-
positio tantum te habet, ut mera conditio, seu
applicatio. Fides Divina non potest subesse falli. Non
compatitur cum scientia, immo nec cum opinione; be-
ne tamen cum euidentia in attestante; nihilominus proble-
ma sit, quod compatiatur, vel non. Non est formaliter dis-
cursiva; bene tamen virtualiter, seu obiective; mentaliter
enim currit de uno in aliud obiectum, tangens hoc propter
illud. Unde & si non per triplicem actum distinctionem, per
vnum saltim, & euidentia attingit obiectum creditum propter
motiuam credendi, quod idem est, ac attingere per di-
cursum virtuali conclusionem propter praemissas. Hec
eadem nostra Fides Divina, & supernaturalis reperta fuit
in Angelis viatoribus; fuerunt enim, dum in via, Deo gra-
ti; sine fide autem impossibile est placere Deo. Proprie et
adem simul ratione fuit etiam reperta in primis notitiis Pa-
rentibus in statu innocentiae, nunc in primo iuxta crea-
tionis instanti.

QVAR-

QVARTA CONCLVSIO.

INTER totius nostrae Christianitatis fundamenta, secundum sibi vero dicas Iudicem ipsorum inter Theologos, quae virtutes secundum eam, cuius in occupans sibi locum, que vera virtus est supernaturalis, viportantibus infusus, quoad substantiam supernaturalem solo Deo productus; ab eoque liber er donatus & cuius existentia si modi necessitatibus habetur, non enim sit ei credere ad salutem, sed ultraeius requiriatur operatio, iuxta credimus: cumque cum illo bene sit operatura voluntas, ad eam dirigitus eius infusio, in plaque recipitur predictus habitus. Vnde sit, quod voluntas sit subiectum virtutis spei, que quidem virtus tendit motu efficiendi & aggressus in bonum diuinum possibile, futurum, & actualium, que quidem conditiones ita indispensabiliter requiruntur a ratione predicta virtutis spei, ut sine illis salua existere nequeat, cum obiectum materiae primarium, & immediatum est ipsa beatitudo, eterna obiectus sumpta; beatitudo vero formalis est obiectum minus principale. Obiectum autem formale adaequatum non est Deus, quatenus praeceps, vel nobis bonum consideratur, sed sub ratione omnipotentis auxiliatoris.

QVINTA CONCLVSIO.

CVM predictae conditiones possibilis sit talis, & futurantis requiriatur ad obiectum virtutis spei, ut in solis materialibus reperiatur talis virtus: quippe respectu illorum solum possibile est, & futurum tale obiectum. Propter earudem rationem, etiam reperiatur in Purgatoriis animabus, & in beatis, vero nullatenus reperiatur, ut qui obiectum sua spei faciliter iam possident. Similiter non reperiatur in damnatis, cum illorum nisus status sit eternae desperationis, in quo nulla profusa inuenitur redemptio. In isto statu viali, quoad Partiam

triam pergitur, non per quodvis peccatum lethale commisum ab homine tollitur virtus, seu habitus spei, sed solum per incepsitatis desperationis, aut presumpti onis acutum; hęc enim omnia peccata mortifera virtuti spei maxime sunt appetita. Pius, & undeque miserors Deus nullus inquit suam damnationem expressit; quod si aliquid eam reuelare vellit, & de facto reuelaslet, is tunc in tali cunctu nullo modo teneretur firmiter sperare, licet verum sit, quod inquam de divina pietate, ac infinita Dei misericordia feneretur desperare.

SEXTA CONCL V S I O

INTER theologales virtutes, Charitas in tertio loco recte ordinis collocatur. Est vera virtus supernatura-
lis Theologica, bonitatem diuinam respiciens pro
primarie obiecto, et etiam autem pro secundario;
quidquid enim Charitate diligimus, propter Deum infinite
benignitatem. Cumque verus amabilis amor, siue
amicitia vera sit quedam benivolentia, qua quis compla-
cket in honestate filii, quem amat, ex cuius complacentia
mouetur ad optanda illi alia bona, cuius sit capax, & totum
hoc reperiatur in Charitate, qua Deum homines prole-
quuntur, ex cuius complacentia mouentur aedi deside-
randae extinseca alia bona, cuius capax est, inde fit, quod
vera sit amicitia, siue reciprocus amor hominis ad Deum,
& Dei ad homines. Et quamvis in ordine virtutum, fidem
sequatur Charitas, & spem; nihil minus his omnibus, ca-
terisque alijs valde perfectior est, ut potè cunctarum om-
nium forma, tribueni unicuique vitam: sine Charitate
nanique licet maneat virtutes quoad substantiam, vel
suunt esse, manent tantum emere. Unde Charitatem
valde emendicant, ut inde evadant
etiam in alijs virtutibus viuiscere possint, et
ad hoc quod in alijs virtutibus etiam in alijs
etiam in alijs virtutibus etiam in alijs virtutibus etiam in alijs

S E P

SEPTIMA CONCLVSIQ.

LICET prædictæ Charitatis supernaturalis adeo maxima sit perfectio, non ideo est aliquid increatum, & diuini, sed finita tantum, & creata qualitas. Vnde Spiritus Sanctus nequit uniuersum per modum Charitatis, & multo minus per modum dilectionis. Estigitur creata nostra Charitas habitus quidam i supernaturalis constituens hominem in ordine diuino, illumque potentem reddens ei certus eiusdem ordinis circa Deum. Et quia limitata, & finita capax est, ut angelorum non est cumque, sed usque in infinitum; nulla enim intensio, aut perfectionis meta describirur, quin possit magis, ac magis intendi, neque illa reperitur Charitas ita intensissima, & perfectissima, quæ deus natus est (quod post perfectiorum), ac intensorem producere, sicut etiam infiniti capaciterunt, ut nec de posse absoluto, omnium perfectissima, intensissima vero Charitas exisse posset. Hanc autem Charitatis intensio, seu incrementum causant nostri boni actus non soluni meritorie, sed etiam physice dispositiue.

OCTAVA CONCLVSIQ.

HABILEVS Charitatis, ita est tota virtus agendi suos actus, ut necedat potentia aboluta possit voluntas elicer sine illo actus ejusdem rationis cum illis, quos elicet enim habitus, est enim tota, & adæquata ratio eleuans in triefecce potestiam cumque hec agat ut eleuata sine prædicta habita non est potens proxime operari supernaturaliter. Vnde eiusmodi delictas non potest per auxilium Dei extra secum suppleri, adhuc digno posse spectato. Hece prædicta Charitas ita potest in hominibus, adhuc vita degeneribus, esse perfecta, ut excedat in intensione beatorum Chreditum: quare absolute Charitas viæ potest excedere intensitatem Patriæ. Per quodcumque peccatum mortale tollitur Charitas; ita enim huic

huius perfectissimae virtutis quia quis grauus delictum offendit oppo-
nitur, ut nullatenus possit cum illa compati. Per nullum au-
tem rem yehiata peccatum refutatur, per illud tamen tolli-
tur eius error? & licet nullum graue peccatum possit si-
mili repetiri, aut compati eum Charitate, nihilominus,
quod maxime, disfocetque illi oppositor, est odium

**Dei, quo quid est peccatorum omnium
ma xinum.**

*Propositi p̄fiantur in Almo S. P. N. Augustini Granatensi
de Granatia pro Comitatu Provincialibusq; Fr. Iosepho de
Thera, Iab. prefato F. M. Fr. Didacte Lazar. Die 7.
mensis May. 1740. 16. 9. 7.*



38. *COLLECTOR* 38.

MAXIMARVM HESPERIAE.

VRBIVM CORONÆ,

VETVSTATE NOBILI, NOBILITATE
fœlici, fidelitate celebri.

SENATVI INTER OMNES PVRPVREO,
mito decoris refulgenti Heipero, sapientiæ fulgidam
dispersgenti lucem, purissimos pietatis eiacu-
lanti radios.

MARTYRVM PVRPVRASCENTI PRATO,
Diuorum germinanti flores de virginitate candidos,
& de passione pum pureos.

VIRTVTVM OMNIVM MIRIFICO THEATRO,
totius doctrinæ columni rutilantiori, quod omni eru-
ditionis genere non tantum modo, sed
est imbutum.

STRENVORVM MILITVM MATRI,
Heroumque semper ortuò fœcundo:

CVIVS EMISSIONES PARADISVS, COELI
climate, terræ hubertate, amoenitate pulcherrima, sed ma-
gis suorum Ciuium regimine florescenti concordia, quæ
ad instar malij punici nitido honorum omnium appri-
mè diademate cingitur, venerationi sancto-
rum præcordia pandens.

EXIMIAE CIVITATI GRANATENSI,

EIVSQVE GRAVISSIMO COETVI, AC SENA-
tui per illutri, Boetica Augustiniana Familia pro suorum
Comitiorum Prouincialium coronide, ut fœlicitèr in fine
coronetur certaminis, hæc asserita Theologica affectuo-
se dicat, & reuerenter offert.

10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

PRIMA CONCLVSION.

NEFFFABILE, atque inscrutabile D. Verbi Incarnationis mysterium, non solum huma-
num, sed Angelicum possitue, & negatiue,
subteruolat captum, solummodo enim di-
uina reuelatione, hanc testante veritatem
potest hoc perscrutari arcanum, cumque conueniens sit
summo bono esse summe cōmunicabile, summeque diffu-
siuum, ex hoc personæ Diuina fuit incarnari conueniens,
nostraque cum humana natura ad supremum fuerit cuecta
dignitaris cumulum, & fastigium, sibi fuit valde commoda
hęc hypostatica vno. Offensa, quę Deo irrogatur per pec-
catum mortale, nou solum secundum quid, verum etiam
simpliciter est infinita, ex quo per evidentem sequelam pu-
rus homo non solum pro alieno, sed nec pro proprio pecca-
to potest ad æqualitatem facere satis, sed quid si offensa in-
finita non foret? Sed adhuc non posset satisfactionem rede-
re æqualem; vnde Christus Dominus solummodo potuit
humanum reparare genus, satisfactionemque æqualem,
immo & superabundantem comparare, cum eius opera va-
loris fuerint simpliciter infiniti, superexcedentisque in af-
timabilitate morali grauitateni offendit Deo illatae.

SECVNDIA CONCLVSION.

SATISFACTIO Christi Domini extitit ex toto ri-
gore iustitie, nulla enim ex conditionibus ad illam
necessario requisitis ei defuit, quam veritatej cum
communi consensu Patrum testatur Doctorum Do-
ctor Maximus Magnus P̄c̄f̄l Augustinus, lib. 3. de Trinita-
te, dicens: *Diabolum à Christo Domino non potentia, sed iustitia
rūsum, & superatum fuīse;* hinc inde consequenter collige,
Christum Dominum tua satisfactione constituisse Deum
debitorem ex iustitia ad sui acceptationem, non tamen ab
solute, sed suppose saltim implicita promissione, qua

Deus se obligauit ad eius acceptandam satisfactionem; homo enim iuitus hac promissione ius habet in gloriam , vt hæreditatem Christus Dominus fuit prædestinatus , & prædestinatus redemptor ante futuram præmissionem peccati, cum hoc tamen rectè cohæret Verbum Diuinum non fore incarnatum ex vi presentis decreti, nullo existente peccato; licet autem omnia defuisse peccata actualia, dummodo remanceret originale, adhuc Christus Dominus veniret, ex vi præsentis decreti.

••• TERTIA CONCLVSO. •••

IN Christo Domino unam tantum fuisse personam vt catholici cōtra hæreticos defensamus, utraque enim natura fuit terminata personalitate Verbi, conseq̄ terque caruit subsistentia creata, ad quam humanitas assumpta habuit propensionem. Fuisse in Christo Domino corpus phantasticum , erat olim hæreticorum asseratum, nulli autem fidei insignito habitu hoc modo philosophari licet, fuit enim verus perfectusque homo ex anima rationali, & būm in a carni subsistens , & licet in instanti creationis fuerit virumque tempore assumptum eodem, prius tamen natura fuit anima euēcta , quam corpus. Fuisse in Christo Domino habitualem gratiam tam certum est , vt contrarium asserere ad minus sit errori proximum: quæ necessaria non erat , vt humanitas tenui sanctificaret assumptionem, hec namque substantialiter formaliter & sanctificata supponitur in natura Dīgina ; necessaria tamen extitit , vt Christus Dominus connaturaliter eliceret actus supernaturales, & meritorios, quos de posse absolute gratia auxiliante supplete defectum possit sine habituali elicere gratia , qualis licet infinita non fuerit; ita tamen limitatione currit, vt sine auctothe gōrematice sine termino in infinitum.

rebus et ceteris ad augeri porusset. Iacobus ergo dicitur ad Galatas: nemo te potest in diuinis operibus ostendere nisi per misericordiam dei (P. 13.) neque per operes, sed per misericordiam dei.

QVAR-

QUARTA CONCLVSIO.

三

CHRISTVM Dominum ornatum fuisse scientia certum est, duplice in illo cognitionem reperiti incretam, scilicet, & creatam; per illam nequit Christus, ut homo intelligere, adhuc diuinum spectato posse; ideo autem in Christo admittantur scientia beata, & infusa, nullatenus negans scientiam naturalem. Per scientiam beatam cognovit Christus Dominus in Verbo omnes existentes creature in quaunque etenipotens differetia, immo & eternam eius visionis durationem; cum tamen anima Christi comprehendere diuinam non valeat essentiam, inde non potuit in Verbo videre omnia possibilia. Scientia infusa non solum in speciebus infussa salvatur, sed prater illas datur in anima Christi ex parte potentiae supernaturalis habitus scientificus, illam elevans ad actus scientificos supernaturales, per hanc nouit Christus Dominus mysterium Sanctissimæ Triados evidenter quoad an est, non autem intuitive; sed in visione beata prius cognita. Per scientiam naturalem non potuit Christus Dominus aliquid discere ab Angelo, vel a homine, atque ait nullum ex singularibus, que naturali lumine intellectus possunt cognosci, latuit scientiam Christi naturalem.

QVINTA CONCLVSIO.

NVLLO Christum Dominum deformatum fuisse peccato; atque si conipetum; ut oppositum esse revo sit haereticum, & dicet habuerit precep-
tum de libe unda morte, quod potuit omisere,
*obligus est enim, qui a ipse voluit; non tamquam potuit aliquando
peccare; opinique modo us libertatis mansit illa sum,*
magistris enim antecedat, & concordantiam se uar cum
liberitate preceptum; & uicet a uerbis et iudicis sit omnino
necessarius, non tamquam fuit oppositus predictae libertati.
Vno hypostatica potuit de posse absoluto mereri à Christo.

to Deniao, per opera ipsam sequentia vnionem; de facto tamen non ita euensis censemus; sibi autem meruit sui corporis gloriae; nominisque exaltationem, nobis quoque meruit gloriam, nostramque prædestinationem, immo literque omnia gratiæ dona, que post primi Parentis lapsu hominibus conferuntur. Christum Domum simpliciter, & absolute posse dici prædestinatum in aliquo proprio sensu, contentaneum censemus, & rationi, & Patribus, & cum in quantum homo, fuerit filius Dei naturalis, ad huius filiationis dignitatem, in quantum fuit homo, fore dicimus prædestinatum.

SEXTA CONCLVSIO.

ECCLESIAM Sacramentis gaudere, nulli Catholicoꝝ est quæſtioni commendatum; nostra, quæ nouæ legis dicuntur, sunt septem, quæ à veteris legi discriminantur Sacramentis, non in ratione Sacramenti, sed quia nostra cauſant gratiam, illa vero nō, sed Deus ad illorum præſentiam gratiam hominibus conſerebat, omnia autem tamen veteris, quam nouæ legis dicente Angelico Preceptor, esse ſigillum ſenſibile rei ſacre proueſtantificantis nos, optimè detinuta iacent: ex quo ii inferas Sacraientum genericè dici de his, & de illis, recte inferes. Hęc ſitui ſignificare Christi paſſionem, gratiam, & gloriam, hęc autem omnia non analogicè, ſed vniuocè; ſeptem noſtra Sacraienta, non ſolum ſecundagi, ſed priuamata ſunt conſerre gratiam, licet autem Sacraientum in formæ gratiam non elargiatut, non inde negamus esse Sacraientum, cauſabit enim gratiam, quando fictio recedat; quomodo autem noſtra Sacraienta gratiani efficiant, an physice, moraliter ve, eſt grauitima diſcultas, ſed cum in alſerendo cauſalitate in physice concordent placia. Patum, refutato, dicimus physice causare gratiam, non in alſerendo, ſed in alſerendo, quod in ſecundagi ſunt.

SEP-

*** SEPTIMA CONCLVSIONE ***

VENERABILE Eucharistia Sacramentum fuit a Christo Domino institutum , quando in ultima coena , oblatio pane , dixit : HOC EST CORPVS MEVM , eius materia necessitate Sacramenti est panis triticeus , præcindendo ab azimo , vel fermentato , non bis verò ex præcepto est necessarius azimus . Græcisque fermentatus ; verba essentia in illis HOC EST CORPVS MEVM tantummodo salvantur , quæ à Sacerdote recitatue proferuntur , & significatiue corpus Christi Domini in Sacramento collocauntur , per vbi specierunt , cuius ad species vnus est actio conuersiva , quæ ad corpus Christi terminatur tamquam ad terminum ad quem non adducendū , sed reproducendum . Species consecratae , formaque consecrationis sunt de essentia huius Sacramenti , non autē Christi corpus illis collocatum . Materia sanguinis est vinum de vite , cui admisceri debet modicissima aqua , & licet non omnia verba , quæ à Sacerdote dicuntur in Calicis consecratione sint de essentia forme , peccaret tamen grauiter , qui aliqua ex illis malitiosè , vel negligentē omittat . Aqua nequit conuerti in sanguinem , quin prius conuertatur in vinum . Sacramētum corporis , & sanguinis sunt unum unitate integratatis , licet quodlibet illorum scorsim sit uerum Eucharistia Sacramentum .

*** OCTAVA CONCLVSIONE ***

EXIMIVM Baptismi Sacramentum nobis fuit in lege gratiae relictum , huius materia remota est natura lis aqua , proxima vero ablutio , & forma verba traditta per Ecclesiam . Confirmatio aliud nouæ legis Sacramentum , cuius Minister est solus Episcopus , pro materia importat Gthisia infantipossum , pro forma verba ab Episcopo prolatæ . Pœnitentia sic definitur , est remissio peccatorum post Baptismum cõmissorum , cuius materia

remota necessaria sunt peccata mortalia, sufficiens vero
sunt venialia, vel mortalia iam confessa; proxima sunt poe-
nitentis actus, & forma sunt verba sacerdotis. Per hoc sa-
cramentum merita per peccatum mortificata viterius re-
guiscunt, secundum totam latitudinem, quanta gaude-
bant. Sacramenti Extreme. Vactionis materia est oleum
oliuarum ab Episcopo benedictum, proxima vero est vno-
tio, formaque verba à Ministro prolata. Ordinis Sacra-
mentum est, quo specialis traditur ordinato potestas a septem gradus.
Forma huius Sacramenti sunt verba ab Episcopo data, ma-
teria remota est instrumentum, quo ordinatis in suo vertetur
ordine, proxima vero est ipsi fus. Matrimonij Sacramen-
tum pro materia petit ipsa contrahentia, pro forma
vero contrahentium verba.

(* * * * *)

Propugnabuntur in Almo S.P.N. Augustini Granatenfi
Cenobio pro Comitijs Provincialibus, à Fr. Bartholomeo
de Ayrolo, sub presidio R.A.P.N.M.Fr. Francisci de
Burgos huius Boetiae Provincie Diffinitoris. Die 8.
mensis Maij. Anno 1667.

